Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31294
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Non requirit de necessitate sacri quod aqua prius bene
dicat antequam fiat materia baptismi / quia ut dicit Beda
episcopus sive ministerium carnis tactu vim regenerationis
gratiae aquis / quia etiam episcopus suscepit sacrum eu
charistie in se ipso non requirit quod panis et vinum prius
benedicantur antequam fiant materia sacri encarestie / Et
in illis sacris quae deus non suscepit in semetipso /
requitur quod praecedat materie sanctificatio / Et idem quia
episcopus non suscepit sacrum confirmationis in se ipso / Ideo
in confirmatione requitur materie sanctificatio / Et idem dico
de sacro ordinis / et sacro extreme unctionis quia oportet
quod praecedat materie sanctificatio Alia autem ratio
assignatur ab eodem doctore in ultima parte summae / quia in
illis sacris in quibus requitur minister spiritualiter consecratus /
requitur quod materia sacri conformetur quodammodo
se habeat ad ministerium sacri / Et in sacro confirmationis
requitur minister spiritualiter consecratus scilicet episcopus /
Quare in sacro confirmationis requitur materia spi
ritualiter consecrata / quia alia materia non potest fieri hoc sacrum /

Cap. tertium de forma sacri confirmationis

Forma autem huius sacri sunt istae quae episcopus dicit /
quia fit etiam in fronte confirmandi cum chrismate
Quae verba sunt / Consignio te signo crucis / et confir
mo te chrismate salutis / in nomine patris et filii et spiritus
sancti amen / Et quod ista forma sit quaedam forma huius
sacri potest sic probari / Illa forma est quaedam forma
sacri quia et in quia comprehendit in ipsa ea quae sunt
necessaria ad sacrum confirmationis / quia in confirmatione
est necessaria persona ministri conferentis sacrum / Et
ista comprehendit cum dicit / consignio et confirmo Et est
etiam ibi necessaria persona suscipientis sacrum quod expri